Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Peregrinatio in terram sanctam

Breydenbach, Bernhard

[Mainz], 11. Feb. 1486

[Text]

urn:nbn:de:bsz:31-247288

Visual Library

De Candia ſiue creta inſula

Dicunt moderni trecente interiacent leuce ytalice vſq ad inſulam cretam ſiue Candiã que et ipſa tota ſub dicione eſt venetorum. nam ducem illuc mittũt vocatum ex ſuis. et exacto tempore ſuo mutatur vt mos eſt eorũ etiã in alijs preffecturis. Eſt autem Candia ſiue creta grecie inſula a quodam rege indigena dicta creta nominata inter ortũ et occaſum longiſſimo tractu porrecta a ſeptentrione eliſubus ab auſtro egipcio vndis pfuſa. Fuit quondã centum vrbibus nobilibus decorata. vnde et centapolis dicta eſt. Prima autẽ fuit inſula que remis et armis claruit ac ſagittis. Prima litteris inuenit. equeſtres turmas primo docuit. ſtudiũ muſicũ in ea primo repertũ fuit et mũdo traditũ atq exercicio inuẽt apſtatũ. Pecudes et capras habet copioſas. ceruos autẽ et capreas valde paucas. lupos et vulpes aliarũq ferarũ noxia genera nũq gignit. ſerpes ibi nullus. nulla beſtia nociua ibi et ſi aliũde trãſlata inueniatur ſtatim morit. Terra ẽ vitib⁹ amena arboribus coſita herbis medicinalibus referta vt diptamo et alio et dioniſiodi. Gemmas etiã generat pcioſas. gignit enim lapidẽ qui ydeodactilus dicitur vt dicit yſidorus li. xv. Et cũ ſit inſula a malificijs venenis notabiliter libera. tamen ſpalangias id eſt quaſdam araneas generat venenoſas. vt dicit yſi. libro. xv. Idem per omnia narrat Plinius libro. iiij. De eadẽ vero inſula dicit Oroſius. Creta ab oriente finitur mari carpaſio. ab occaſu et ſeptentrione mari cretico. a meridie mari libico qđ adriaticũ vocant. Et habet in longũ paſſuũ milia centũ et lxxxvij. In lato vero milia. l. Diſtat autẽ Candia inſula a Rodo ſtadiis trecentis de qua inſula mox dicetur.

De modona trecenta leuce italice vſq ad inſulam cretam

Centapolis

Diſtat Candia a Rodis . . .